ne prohibuit comedi. Leui. xv.
Homicida in anima dicit
reputari mortu⁹ ⁊ occiſus. Jō
dicebat rebecca timēſ ne eſau
occideret Jacob cur orbabor
vtroq; filio vno die. ſcʒ vno
anima. alio in corpore Geneſꝫ
xxvij. Tantum offenditur de
us innoxiuꝫ ſanguinē effun/
dendo. ꝙ voluit ꝙ dauid q̄ ſā/
guinem innoxiū effuderat ꝓ
etiam occidi debet et ꝙ ei ſa/
lomon templum edificaret et
non dauid quod ⁊ Salomon
fecit. iij. Regum. vij. Qr ioas
fecit zachariam iniuſte occidi
grauiter fuit punitus a domi
no. q: diuina permiſſione ē oc/
ciſus. nec in ſepulcro regio eſt
ſepultus. ij. Paralipo. xxiiij
Vn̄ dicit quidaꝫ ſanctiſſim⁹
doctor hortans ⁊ ammonens
quēlibet homicidā vt penite/
at dicens. O homicida q̇d fe
ciſti. ſi totū orbem terre cōbuſ/
ſiſſes. celū deſtruxiſſes. para/
diſum ſpoliaſſes. deū nō tm̄
turbaſſes ꝑꝙ ꝓ fudiſti ſangui
nē ꝓꝗuo dn̄s noſter ieſus xp̄s
ſuū ſanguinē roſeū effudit. in
teremiſti em̄ hoīem quē deus
viuificauit. cōuerte ⁊ age peni
tentiā. ⁊ erit tibi gratia a deo.

Capitulū. 58.

De honore parentum
Honorare debemus paren/
tes eis loquendo cum reue
rentia
Eis parendo cum obedien
tia
Curam gerendo in indigē/
tia
Non efficiendo triſtes te/
dentia
Fructum querendo ex cō/
placentia
Penam timēdo de negli/
gentia

Honorare
debet homo parentes
eis exhibendo reuerentiaꝫ. ſcʒ
reuerenter loquēdo ⁊ reuerēter
aſſurgendo. Sic ſalomon ho/
norauit Berſabee matrem ſu/
am. quia ipe ſurrexit d' ſolio e/
ius in occurſum matris ⁊ po
ſuit eam ſuper ſedem ſuaꝫ. iij.
Regum ſecundo. Thobias iu
ſtus inter alia que dedit filio
documentum fuit honorē ha
bes matri tue Thobie. iiij. Ex
pellens Jeſus de templo ven
dentes et emētes dixit. Scri
ptum eſt. Domus mea dom⁹

oꝛationis eſt.vos aūt feciſtis
illam ſpeluncā latronū.Luc.
xix.⁊.Mat.xxi.Et nolite face
re domū patris mei domū ne
gotiationis.vos aūt feciſtis.
⁊c.Volens chriſtus oſtende/
re ꝙ patrem in miraculis et
in omnibus honoꝛabat dixit
poſt excuſatiōē ꝫ demonij.ego
honorifico patrem meū. Johā.
viij.Om̄ia opera que faciebat
ieſus attribuebat patri.oſten
dens quō pater debebat hono
rari.Johan.viij. Honoꝛare
debet homo patrem ⁊ matreꝫ
in p̄ceptis.inſuper ⁊ in oībus
obſequēdo .quia nō obediētes
malaꝫ incurrent ſententiam
Ideo filij helij qꝛ non obedie/
runt patri vt deſiſterēt a ma
lis diuinā ſniam grauiſſime
incurrerunt.i.Reguꝫ.ij. Jona
thas qꝛ nō obediuit pꝛecepto
patris.ſed contra eius man/
datū modicum mellis come
dit moꝛtis ſniam incurrit.i.re
gū.xiiij.Puer ieſus aſcēdenſ
in nazareth cū parentibꝰ erat
ſubditus illis i Luce.ij.Obe/
dire debent filij parentibꝰ ſci/
ta coꝝ voluntate. Dato ꝙ ver/
bis nō exprimunt Ideo Jeſus
ſciens ꝙ de volūtate matris
erat ꝙ vinū in nuptijs nō ha
beretur aquā in vinum muta
uit.Nam tm̄ dixit mater. vi
num non habent.Johan.ij.
Honoꝛare debemus parentes
de ipſis in vita ⁊ in moꝛte ha
bendo curam.⁊ in neceſſitati/
bus eis ſubueniendo.Jō Da
uid in magna neceſſitate exi/
ſtens curā de parentibus ha
buit ⁊ ipſos regi moab diligē
tius cōmendauit.i.Reg.xxij.
Thobias ſenioꝛ dixit filio ſuo
Cū acceperit deus animā me
am coꝛpus meū ſepeli cuꝫ ho/
noribus.matrē tuaꝫ habebis
in omnibus diebus vite tue
oībus filijs in exemplū.Tho
bie.iiij. Pendens chriſtus in
cruce matrē ſuam dilecto di/
ſcipulo cōmēdauit.Ex quo pa
tet quantā ſolicitudinē de ipa
gerebat qui de ea in tali arti/
culo cogitabat.vt habetur Jo
han.xix.Nota hic exemplꝫ
quod dicit ſanctus Auguſti:
de quadam filia que nutriuit
matrē in carcere pꝛebēs ei ſin
gulis diebus vbera eius.pro
pter quā caritatē rex matrē vi
culatā liberauit Hoc ī de ciui
ta.dei Honoꝛare debemus
parētes in nullo eos cōtriſtādo

Nec eos iniꝗtum poſſumus
contriſtari ſinendo. Nā licet
eſau eſſet malus ⁊ fratrē ſuūʒ
vellet occidere. non tñ volebat
hoc perpetrare viuente matre
vel patre nec contriſtaret euʒ:
ſcʒ patrē. ſed dicebat. Veniet
dies luctus patris mei ⁊ īter
ficiam eū. Gen. xxvij. Timēs
iuda contriſtatōem patris ad
magnā penam ſe obtulit. cuʒ
dixit de beniamin. Si nō re
duxero eum tibi reus ero in te
in omni tempore. Gene. xliij.
Videns iacob ꝙ iudas nō pa
tiebatur eū triſtari acquieuit
verbis eius. qui nō acquieue-
rat verbis ruben dicentis. du
os filios occide ſi nō reducaʒ
eum tibi. vt habetur Geneſis
xlij. Juda cum ſupplicaret io
ſeph ꝙ remitteret beniamī ait
Nō poſſum redire ad patrem
meū abſente puero. ne calami
tatis patris mei exiſtā teſtis
Gen. xliiij. Honorare debe-
mus parentes ꝓpter fructum
conſequendū. Nā alicui alij
precepto deus nō adiunxit pre
miū ſeruantibus. ⁊ penā non
ſeruantibuſ. niſi ſolū precepto
de honore parentū. vn̄ ait. Ho
nora patrē ⁊ matrē vt ſis lon-
geuus ſuper terrā. et ſequitur
Qui maledixerit patri vł ma
tri. ſit ille maledictus ⁊ morte
moriatur. Exo. xx. ⁊. xxi. Quia
Sem ⁊ yaphet patre denuda-
tuʒ honorauerūt. Jdeo eius be
nedictōem acceperunt. Gen.
ix. Bn̄dictio aūt pr̄is magne
reputatōis erat quando eſau
et iacob pro ea taliter conten-
debant. Gen. xxvij. Q: cham
patrē nō honorauit. ſed deri-
ſit eius maledictōem incurrit
Gen. ix. Ad ruben dixit iacob
Non creſcas. q: aſcendiſti cu-
bile patris tui. Gen. xlix.
Honorare debemus parentes
vt durū diuinū iudiciū fugi
amus. ⁊ eius vltōem ꝙ̄ in pre-
ſenti parenteſ nō honorantibꝰ
preparauit. Precepit eñ domi
nus per moyſen. Si genuerit
quiſpiam] filiū contumacem
proteruū. ⁊c. lapidibus obruet
eum populus. Deute. xxi. Ab
ſolon peſſime perſecutus ē pa
trem ſuū. Jdeo fuit morte peſſi
ma intereuptus. ij. Re. xviij.
Duo filij ſenacherib occiderūt
eum ſed neuter eorū regnauit
iiij: Regum. xix.

Capitulum. 59

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf